



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Marculphus Abbas 1. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

M A I V S.

PVERITIAS. MARCVLPHI ABBATIS
Surius Tom. 7. 1. Maij:

*Pietas.**Morum
maturitas.**Vitatis leui-
tagebat implere.
culos socios.*

CHildeberto Francorum rege clatuit B. Marculphus, patria Baiocassinus, nobilissimus & piissimus parentibus editus. Hic à puer ingenti desiderio, & toto conatu, per officia pietatis ad supernam cœpit patriam anhe-
lare. Cuius quidam' ætas puerilem leuitatem, at senilem maturitatem mores præferebant. Nam ludicris omnibus, quibus illa ætas maxi-
mè delectatur, reiectis, ea quæ diuinæ religio-
nis erant, & audita aure percipere, & tenaci me-
moriaz commendare, factisque ad amussim fa-
tagebat implere. Deuitabat optimæ indolis
puer coætaneorum suorum vaniloquia, lasci-
uaq; conuenticula, atq; seniorum sese cōgres-
sibus & colloquijs inserebat. Huiusmodi igitur quasi præludijs diuinæ aptatus militiæ, à tutoribus iam pupillus, diuinarum literarum studijs adhibetur: & decebat planè, vt quem adeò sibi iam diuina vendicabat gratia, non mundanis sed diuinis manciparetur negotijs. Porro auctore Spiritu sancto, qui puerum omni affectuum forde mūdauerat, nulla discen-
tem tardauit fastidiosa dilatio, sed properè sa-
crarum literarum scientia ita imbutus fuit, vt nulli suorum sodalium reperiretur secundus. Postquam vero adoleuit, ceu miles sub signis Christi Domini à primordio ætatis benè ex-
erci-

eruditus, cœpit strenuè atq; infatigabiliter ad
cælestis gloriæ brauium contendere, vacans ^{Omnibus}
orationibus, lectionibus insistens, carnem vi- ^{sanctitatis}
gilijs & ieunijs macerans, omnibus humilita- ^{numeris}
tem & obedientiam exhibens, largus in præ- ^{absolutus}
standis eleemosynis, profusus in misericordię
& humanitatis officijs. Sustentabat pauperes
suis sumptibus, pupillorum & viduarum sub-
leuabat inopiam: vitamque ad diuinarum le- ^{Miseri-}
gum normam prudenter exigebat. Talibus ^{cordia.}
igitur moribus ornatus Christo dilectus, &
hominibus gratus ac venerabilis extitit.

PVERITIA S. ANTONINI ARCHIE-
piscopi Florentini. 2. Maij Surius

Tom. 3.

B Antoninus Florentiæ honestis parenti-
bus natus, ut primum infantiam excess- ^{Morū ma-}
fit, statim longè supra ætatem sapere visus est, ^{turitas &}
Nam fugitare ludos, odiſſe garrulitates, vita- ^{honestas.}
re excursus consueuerat, contraq; rebus serijs
incumbebat, & frugalitate sermonis, atq; ani-
mo probè collecto delectabatur. In primis
vero templaque religiosas qdes frequentans, ad
sacras conciones cor æquè ac aures arrigebat.
Orationi adeo erat addictus, ut quotidie ad ^{Orationis}
templum D. Michaëlis Archangeli diuer- ^{ferior.}
tens, atque ad crucifixi imaginem procum-
bens, totius pene ciuitatis ora in se conuerte-
rit, quod tam diutamq; seruenter in orationis
studio persisteret. Si quando supplicationes

K 5 per